Fragmentarium

separatam a deo; probata autem virtus
corripit insipientes. Quoniam in mali
volam animam non introibit sapi
entia. nec inhabitabit in corpore
subdito peccatis. Sanctus enim spiritus di
sciplinae effugiet fictum. et aufe
ret se a cogitationibus que sunt si
ne intellectu. et corripietur a sup
veniente iniquitate. Benignus
est enim spiritus sapientiae. et non libe
rabit maledictum a labiis suis.
quoniam renum illius testis est deus. et
cordis illius scrutator est verus
et linguae illius auditor. Quoniam
spiritus domini replevit orbem terrarum.
et hoc quod continet omnia scien
tiam habet vocis. Gradale Propitius
esto domine. V Adiuva nos deus salutaris. Collecta

Praesta quaesumus omnipotens et misericors deus.
ut spiritus sanctus adveniens templum
nos gloriae suae dignanter inhabi
tando perficiat. Per. Lectio ysaie prophete.

Haec dicit dominus deus. Audi iacob
serve meus. et israel quem elegi. Faci
ens et formans te ab utero auxilia
tor tuus. quia ego sum qui deleo
iniquitates tuas propter me. et pecca
torum tuorum non recordabor. Reduc
me in memoriam. ut iudicemur
simul. Narra siquid habes. ut iu
stificeris. Noli timere serve meus
iacob. et rectissime quem elegi. Effun
dam enim aquas super sitientem. et flu
enta super aridam. Effundam de spiritu
meo super semen tuum. et benedictionem
meam super generationem tuam.

dicit dominus omnipotens. Gradale Protector noster.
V Domine deus virtutum. Secundum lucam.

In illo tempore. Accedentes discipuli
ad ihesum. dixerunt ei. Dimitte tur
bas. ut euntes in castella. villasque
que circa sunt divertant. et inve
niant escas. quia hic in loco deser
to sumus. Ait autem ad illos. Date
illis vos manducare. At illi dixerunt.
Non sunt nobis plusquam quinque pa
nes. et duo pisces. nisi forte nos ea
mus et emamus in omnem turbam
hanc escas. Erant autem viri. fere quinque
milia. Ait autem ad discipulos suos.
Facite illos discumbere per convivia quin
quagenos. Et ita fecerunt. Et discubu
erunt omnes. Acceptis autem ihesus quinque
panibus. et duobus piscibus. respexit
in celum. et benedixit illis. et fregit
et distribuit discipulis suis. ut pone
rent ante turbas. Et manducave
runt omnes. et saturati sunt. Offertorium Me
ditabar in mandatis tuis que. Secreta.

Sollemnibus ieiuniis expiatos. suo nos
domine misterio congruentes hoc sa
crum munus efficiat. quia tanto
nobis salubrius aderit. quanto id
devotius sumpserimus. Per. Communio Pacem

Quos ieiunia vo meam do vobis
tiva castigant. tua domine sacramenta
vivificent. ut terrenis affectibus
mitigatis. facilius celestia capiamus. Per.
Repleatur os meum. Feria VI de ieiunio.

Da quaesumus ecclesie tue misericors deus. ut sancto
spiritu congregata. hostili nullatenus
incursione turbetur. Per. Lectio iohelis prophete

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 1, fol. [A]v – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70c4/7088/57963)